### **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Meditationum evangelicarum pars tertia, hoc est: Tractatio evangeliorum tam dominicalium, quam festivalium, ad recte se sub variis tentationum generibus gerendum, disposita

Creide, Hartmann
Francofurti ad Moenum, 1682

In festo nativitatis christi

urn:nbn:de:bsz:31-126133

Dominica IV. Adventus.

34

Offenduntur quoque stipites & saxa scandalorum, mundus enim totus in maligno est positus. 1. Joh. 5. v. 19. Sap. 4. v. 12.

Quisquisigitur potest, removeat, abjiciat, & amoliatur offendicula, & iter faciat ci, qui vehitur cum suavitate; Dominus

nomen illi, Plal. 68.v 5.

III. Teipsum despice. Johannis Baptista infignis, fanctus & excellens vir fuit, de quo rum Efaias, tum Malachias in V.T.prædixerunt, Efa. 40. v.3. Mal. 3. v.1. Archangelus Gabriel nativitatem ejus annuntiaverat, quod ex Zacharia & Elifaberha fenibus & effetisnascendusforet, Luc. 1. v.23. ipse egregiis donis à Deo ornatus, vitam duram agebat, unde quilbet ferè in opinione erat, ipfum Meffiam effe : præterea ipfe Christus præclaro hoc testimonio eum ornaverat, quod plus effet, quam Propheta, imò maximus internatos mulierum, Matth. 17. v. 9.11. Verum propterea non effertur, fed ex modesta animi humilitate ad pedes Christi le dejicit, non dignum se asserens, qui solvat corrigiam calceamenti ejus,

Hoc exemplum omnes, quos Deus super alios evexit, & præclaris donis ornavit, largiatur, per & propter Christum, Amen.

intueti debent, nearrogantius de se seniar, quam oportet, Rom. 12. v. 3. Sir. 3. v. 19. 20.

Cum Moses descenderet de monte Sinai, & experiretur, quod splenderet cutis saciei sua, velamen posuit super saciem suam, Exod. 34. v. 29. Quodsi talibus à Deo instructus es donis, qua splendorem de se præbent, qua alios in admirationem rapiunt, noli propterea superbire: sed velamine humilitatis contege te, & alios superiores teipso arbitrare, Phil. z. v. 3. Si humilis es, quisquis es, magnus es. Fluenta gratia deorsum, non sursum sluunt. Qui vilis sibi, Deo magnus, qui sibi placet, Deo displicet. 1, Petr. 5. v. 5.

Exempla humilitatis exaltatæ funt, Ruth, Ruth. 2. v. 13. David, 1. Sam. 16. v. 12.

Efther, c.2.v.15-

Semper igitur humilitatem vobis commedatam habeatis. Cogitas magnam conftituere fabricam cellitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis, ait Auguftinus. Humilem fpiritu suscipiet gloria, Prov. 29. v. 23. nempe Regnum decoris & diadema speciei, Sap. 5. v. 17. Id nobis Deus largiatur, per & propter Christum, Amen.

# IN FESTO NATIVITATIS

Evangelium Luc.2. v. 1 -- 15. EXORDIUM.

Ria faltem exempla in factis occurrunt, quæ Magnatum Natales folenniter celebratas, memorant; qui tamé aliis parum gaudii attulerunt, sed potig in luctum & squaloré eosdem conjecerut.

Cum enimPharao Natalem diem ageret, pistorum princeps vita privatus & in paAntiochus quoque Syriæ Rex, in die Natalis sui Judæis multa mala intulit, eosdemque cum amarâ necessitate ad sacrificia gentilium duxit, 2. Maec. 6 v. 7.

Quanta Herodes Rex Tragcedia autor fuerit Natali suo, id Johannes Baptista, qui

instin-

instinctu Herodiadis in carcere decollatus est, comperir, Matth. 14.v. 8. seq.

THE PERSON

Section of

t de mone S

PI DICTION

operfaces is tralibusi Du

indotonde is indot

des lepenora

Sheming

magnine do-

(中国)

tions int.

Smilan

m robiscon-

nagtam co-

de funds

in, in Angslepter glow, um dectoid

Mode Des

har loo

開卵

10,701,22

sinds No

lie, colocu-

ad Godici

Bapata, po into Ast hodiè Vos mei! Natalem Regis Regum & Domini Dominantiù celebramus: qui quidem Diabolis in inferno terribilis & nocivus: nobis verò hominibus plenus solatii & lætabilis est. Nam Filius hominis nó venitanimas perdere, sed salvare, Luc. 9.56.

Agite Dilecti! gratia magna est, quæ hac die omnibus hominibus apparuit, Tit. 2, 11. idcircò absq; ulteriori præambulo visuri sumus I. Triplicem Querelam.

II. Triplicem Medelam.

III. Triplicem Cautelam. JJ.

Exegesis.

VEtus & tritu Proverbium est: Quando duplicantur lateres, venit Moses. Eadem rerum facies suit, ubi Servator noster natus est: Sceptrum de Juda ablatum erat, ut Jacob prædixerat, Gen. 49. 10. h.e. Judæi nó proprio gaudebant Rege, sed sub imperio Rom. Imper. erant, qui Cyrenium sive Quirinium Præsidem, & Herodem Tetrarchá constituerat, quibus loco Cæsaris subjecti este cogebantur; hinc Evagelista in ipso Evangelii exordio: Exist edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis.

Quarela proponit

1. Cafaream Orbis descriptionem, ab Augusto
factam. Magnaenim potentia ille valebat,
qui Asiam, Arabiam, Indiam, Italiam, Hispaniam, Græciam, Persiam, & alias Provincias sibi subjugarat, ubiq; milites præsidiarios habuit, qui magnos sumtos requirebant, & quia universo Imperio in emolumentum cessit, indicto censu, singulorum

auxilia requifivit.

Hoc quidem non simpliciter improbandum est, siquidé Magistratui non illicitum, vectigalia & tributa subditis imponere, juxtà illud: Cui tributum, tributu, Rom. 13.7. Verum moderamen tamen adhibendum, ne ita ovestondeant, ut easdem simul deglubant: Panis egentium, vita pauperum est, qui desiaudat illum, homo sanguinis est, Sir. 34. v. 25.

35

Cæsar Augustus hanc descriptionem incepit, prima enim erat: Seduce ultima eadem fuit, quin potius ita continuatum est, magisque exaggeratum: siquidem Nero omnem lapidem movit, ne cui quid superesser. Vespassanus quoque de Cloacis vecrigal exegit, & Tito filio id ei exprobrante quod esset lucrum sordidum, pecuniam inde corrasum naribus ejus admovit, dicens: Lucri bonus odor exre quâlibet,

Idem hodietenus evenire amat. Quando enim Magnates exactionibus delectantur, facile inveniuntur, qui oleum igni infundant, & media, quibus subditi argento emungantur, suppeditant, Exemplum legimus, 1. Macc. 10. v.29. ubi variætributorii species describuntur. Mentio enim ibi fit 1, tributorum, 2, pretii falis. 3. coronarum. 4. tertiarum feminis. 5. dimidiæ partis fru-&usligni. 6. decimarum, Ita & hodiè exactionum hujusmodi modus ferè nullus est, ubi semper alter alterum, cupiditate lucri incensus, exsuperare gestu. Sed & maledictio justa consequirur, ut ex iniquis hisce uluris, tenue lucrum ad exactores hujusmodi perveniat, Mal. 3. v 5. Hinc graviter conqueritur Deus: Audite Principes Jacob &c. Mich.3.v.1, feqq.

II. Davidice stirpis exmanitionem, quæ ex pristino splendore dejecta ad Josephum fabrum lignarium, & Matiam inopem ancillam, tempore Augusti Cæsaris deve-

C 2

nerar,

nerat, cujusmodi mutationi adhuc hodiè generolæ familiæ obnoxiæfunt, juxta illud: Generatio præterit, & generatio advenit, Ecclet.1.v.4. Id Nabuchodonosori ostenfum fuit in magnailla & splendida statua, cujus caput ex auro optimo erat; pectus autem & brachia, de argento: porrò venter & femora ex ære: tibiæ autem ferreæ:pedum autem quædam pars ferrea, quædam autem fictilis fuit; qua quatuor Monarchiæ, quæ se mutuò consecuturæ erant, adumbrabantur, Dan. 2. v. 32. Regno enim Babylonico ad finem perducto, successit Regnum Perfarum, hoc terminum fuum consecurum, securum est Regnum Græcorum, à quo ad Romanos devolutum est; quod adhuc hodie perennat. Verum penes nullam certam familiam continue manut, fed miras viciffitudines subiit, & ab una familia ad alteram transit.

Depriscis Teuronum Regibus nihil memorabimus, sed tantum à Carolo M. incipiemus, cujus posteritas Imperatoriam Majestatem possedir, centum & decem annos, & decem menses. Tum genus hoc desit, & incepit Dynastia Saxonum, penes quos manfit nonaginta novem annis & duobus mensibus. Hanc excepit Dynastia Francorum, penes quos duravit centum & feptem annis. Successit Dynastia Suevorum, quos comitata est centum & undeeim annos, & quinque menses. Secura est Dynastia Lüzelburgiorum, penes quos fuit octoginta quinque annis, & 8. mensibus. Abhac translata est ad Genus Palatinorum & Bavarorum, quibuscu manfit sexaginta fex annis & quinq; mentibus. Tandem fuccessit Dynastia Archiducum Austriæ, penes quos, quamdiu Deo collibuerit, perenabit.

Similia fata & alia Regna, Ducatus, Principatus, Comitatus, nobilium & alia præcellentia Genera subierunt, quæ etsi ab aliquot seculis genus suum derivare possunt, tamen terminum fatalem tandem consecuta, desierunt, ubi exadverso alia humili loco orta, illis successerunt. Exempla passim obvia sunt, ut non immeritò Ecclesiastes conqueratur: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, c.1.v.2.

In Comædia distincti occurrunt actus, in quolibet actu diversæ personæ se exhibent, quæ quando munus suum obierunt, abscedunt ipsi, quibus alii succedunt, & his iterum alii, dum Comædia acta est, tum omnis pompa cessat, quasi nunquam suisset, & dicitur: Valete & plaudite.

Sic fe res habet cum mundo, & præcipuis familiis, quæ in mundo degunt, quando aliquamdiu fabulæ interfuerunt, & personam suam præsentarunt, per mortem discedere coguntur; his alii succedunt, qui aliquantisper se ad conspiciendum & audiendum exhibent, hi quando actum fuum absolverunt, & ipsi abeunt, & hæc fabula tamdiu agitur, donec præterit figura hujus mundi, I. Cor. 7. v. 31. Hinc Imperator Augustus, postquam Imperio quinquaginta annos cum laude præfuisset, diem suum obiturus, his verbis valedixisse dicitur: Annon personam meam, in hâc mundi fabula fatis commodè egisse videor? Valete ergò & plaudite.

Hæc eò collineant, ne ob generis vetuftatem & nobilitatem nos efferamus, aliosque despiciamus, ex uno enim sanguine omne genus hominum, Act. 17. v. 26. & brevi prætereunt, quando terminum à Deo præfinitum consecuti sunt,

Ima

Ima permutat brevis hora summis,

Quem dies vidit veniens superbum.

का कार्यक कर्

appendig po

me, Ecoplor

Ecclos Ecclos

of Person, &

OCCUPATION AND ADDRESS OF THE PARTY AND ADDRES

conzide

madent,

Contract to the

mind in

mountd,

mdo, kipizi-

degatique factore , le

per morres

accedunt, qu

idum & is-

action from

k hackbols

fijas loja

son ha

anima appina

icim la-

politicula

lete ergo

ens retu-

105,2005-

numer-

s.Schre-

m à Do

In

BLB

Hunc dies vidit veniens jacentem.

Optimum erit, si pietati nos consecremus, quæ sola permanet, & nomine æterno hæreditat, Sir. 5. v.6.

Transivere patres, transibimus, ibitis, ibunt,

In colo patriam, qui bene transit,

Ibi nos Christus ad amplissimas dignitates evehet, & Reges atque Sarerdotes DEO & Patrisuo faciet, Apoc. 1. v.6.

3. Miseram nati Christi conditionem. Cum enim impleti essent dies, ut pareret Maria, ecce! locus non erat in diversorio, sed stabulum erat habitaculum ejus, ubi Servatorem mundi in præsepio reclinare tenebatur.

Hoc miseriæ speculum, in quo cernimus, quomodo Christus ab ipsis incunabulis ærumnis subjectus suerit.

Eratipse Deus super omnia benedictus in secula, Rom. 9. v.5. cujus patria est extra omnem Creaturam, ut Bernhardus ait, cujus egressus ab initio à diebus æternitatis, Mich. 1. v. 2. cui Pater cœlessis dedit gentes hæreditatem, & possessionem terminos terræ, Ps. 2. v. 8.

Attamen adeo exinanivit se in nativitate sua, ut in oppido Bethlehem nasci voluerit, quod parvulum erat in millibus Judâ, Mich. s. v. 2.

Erat ipse unigenitus Dei Filius, Joh, r.

v.18. Dei proprius Filius, Rom. 8. v. 32. Dei dilectus Filius Matth. 3. v. 17. splendor gloriæ & character substantiæ ejus, Ebr. 1. v. 3. nihilominus adeo inops factus, ut Mariam humilem illam ancillam, qualem ipsa profitetur se, elegerit desponsatam Josepho, sabro lignario, Matt. 1. v. 28. unde & ipse faber dicitur.

Erat Rex Regum & Dominus Dominantium, Actor.19.v.16. qui adhuc hodie omnia portat verbo virtutis suz, Hebr.t. v.3. attamenadeo pauper sactus, ut nullum locum in diversorio habuerit, sed in stabulo & præsepio requieverit, hinc Ecclesia:

Tefu Creator omnium! Dum his falus mortalium, Duro recumbis stramine, Afella edit quod cum bove, Licet fit Orbis amplior, Gemmis & auro ornatior, Non te capit magnum Deum, Ut atchius cunabulum. Byffi loco, atque ferici. Fænum,involucra,lectuli, Queîs magne Rex, mirabilis Superbis, ut finu patris, Arrifit hocce lictibi, Ostenderes quo tu mihi, Quod pompa mundi & gloria Abjecta fint crepundia.

Erat Angelorum Dominus, qui quoque Gloria in Excelsis ei accinunt, attamen ratione hominum adeo abjectus est, ut nemo de ipso sollicitus sit. Non habet Maria famulam, non obsterricem, sed ipsa puerulum pannis involvit, & in præsepio reclinavit. Nec postea ipsi quisquam servivit,

e 3

nifi

miti abjecti Paftores, qui ab Angelis co mil-

Hoc exemplum humilitatis est, quam à Christo discere nos oportet, Matth.tt. v. 29. Quid prasepe aluid suit, quam cathedra Christi, ex qua humilitatemnobis commendavit, ait Augustinus. Proinde erubesce superbe cinis, Deus se humiliat, & tu te exaltabis, ait Bernhardus, t. Petr. 5.v.6.

#### Secundo.

CEquitur Medela , quæ fluit

bus certo perspicimus, Christum promissum mundi Messiam esse. Id ostenditur nobisin præsecto Evangelio, in quo Evangelista circumstantias narrat, quæ circa nativitatem Christi observanda hæc

t. Tempus. Messias venturus erat, sceptro de Juda ablato, ut Jacobus prædixerat, Gen. 49. v. 10. quod & factum est: erant enim Judæi, cum Christus nasceretur, sub Dominio Augusti Romani Imperatoris qui & censum illisindixit, hinc ipsi coram Pilato consitentur: Non habemus Regem, nisi Cæsarem, Ioh. 19. v. 15.

2. Locus. Messias nasciturus erat in oppidulo Bethlehem, ut Micha dudumprædixerat, cap. 5. vers. 2. hocitidem impletum, ut Evangelium nostrum indicat.

Hoc vero non sine causa factum: Bethlehem enim interpretative est domus panis, ideoque æquum suit, ut panis vitæ, qui de cœlo descendit, ut daret vitam mundo, ibi nasceretur, Ioh. 6. v. 33, maxime, quia prædictum, quod exhoc oppido Dux vitz oriundas effet, Mich 5.v.2.

confi

21

Me

加口

THE

102

Itti

dant

12.Ve

Total

\$105,1

Co

(00)

Bain

Lilly

ken

Mi

3. Genus. Messias suturus erat germen Davidis, Ieremias 23. vers 5. surculus ex radice Isai, Esaias 11. vers 11. Filius Davidis, 2. Samuel. 7. vers 12. Filius virginis, & ita semen mulieris, non semen viri, Esa. 7.v. 4. Gen. 3.v. 15. Supra communem naturæ cursum, modo novo & insveto, Ier. 31.v. 22.

Utrumque in Christo ita impletum. Natus enim est ex semine Davidis, quoad carnem, Rom. 1. v. 3. qualis etiam agnitus suit à muliere Cananea, clamante: Domine Fili David, miserere mei, Matth. 15. v. 22. à coco secus viam vociferante: Iesu, Fili David, miserere mei, Luc. 18. v. 38. Phasisæi interrogati, quid de ipso sentirent, & cujus Filius esser ? respondebant, Davidis, Matt. 22. v. 42. Turbæitem, quæ præcedebant, & sequebantur, in ingressu ejus, clamabant, dicentes: Hosanna filio David, Matth. 21. verso.

Hoc mirabiliter ita à Deo procuratum est, Stirps Davidis tum valde præcisa erat. Herodes præcipuos ex illa trucidari justerat, quod vero reliquum, id instartugurio erat, qualia sunt in vineis, & instartugurio liin quo pernoctant in cucumerariis hortis, Esa. 1. v. 8. Nemo ex hâc familiâ Regem amplius proditurum sperasset: verum cum omnia ferè desperata essent, Deus præclarum germen, ex arida stirpe Isai propullulati faciebat, quod erat Messias, cui quidem non species & decor, ut ipso quilibet delectari potuerit, Esa. 53. v. 2. sed quot quot receperunt eum, dedit potestatem filios Dei sieti, Ioh. 1. v. 12. & sic mirabile fecit

con-

confilium, & magnificavit sapientiam, Esa. 28. v. ult.

Sic Matrem quod concernit, nec in illà aberravit Christus, sed vere illa virgo, dicere potuit: Virum non novi, Luc. 1.v. 34. idque ideo sactum, Augustino dicente: Ut careres peccato, qui venerat, ut tolleret peccatum.

是 是 是 是

COM B

A COUNTY

四四四

4,000

Series Contraction of the Contra

Appen!

地。指

(Bhis

mile, Mar. roedebas; damabas;

Marke

mina upitmguimguimguimguimcum mcum pullapullapullapullapullapullapulla-

defec

Non igitur dubitemus, quin Messias noster, quem colimus & adoramus, verus Messias sit, quem Deus mittendum promisit, adeoque cum Andrea dicere possumus: Invenimus Messiam, Joh. 1. v. 41.

2. Ex late Angeli nuncio. Sie enim ait ille ad Pastores Bethlehemitico: Nolite timere, ecce! annuncio vobis gaudium magnum.

Filii hujus seculi & ipsi gaudium suum habent, hie in divitiis, ut dives ille rusticus, Luc, 12. v.19. Ille in deliciis, ut dives epulo, qui induebatur purpurâ & bysso, & epulabatur quotidie splendide, Luc. 16. v. 19. Iste in gloria nominis. Internum eorum, domos suas in æternum, & tabernacula sua à generatione in generationem, & celebria reddunt nomina sua super terram, Psal. 49. v. 12. Verum hoc gaudium transitorium est. Transit enim mundus, & concupiscentia ejus, 1. Joh. 2. v. 17.

Cum olim in summa annonæ caritate Samariæ, castra Benhadad Regis Syriæ omniabundantia instructa, a Syris derelica invenirent quatuor leprosi, dicebant illi: Hæc dies bom nuntii est. Sitacuerimus, & exspectaverimus, usquemane, inveniet

nos iniquites, 2. Reg. 7.v.9.

Verum hodiernum nuncium, quod Angelus cœlitus affert, multo melius est, per Christum enim, qui ex Maria yirgine Bethlehem in obscuro stabulo natus est, â spiritualibus hostibus nostris & aterna fame redemti sumus, utpote qui in mundu m venit, ut vitam & abundantiam habeamus, Joh. 10. v. 11.

Quanto majus itaque hoc benefici um: tanto magis causam lætandi habemus. Beatus populus, qui scit jubilationem, Psal. 29.v.16.Hæcest dies, quam seeit Dominus, exultemus, & lætemur in eå, Psal.118.v. 24. 25.

3. Exuniversali merito. Ecce, ait Angelus, evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo. Hic nemo profus exclusus est: Christus est Salvator omnium hominum, maxime vero sidelium, z.

Tim.4.v.10.

Hoc folatium limitari nequit, ut diceres, per voculam omnium non fingulos generum, sed genera fingulorum intelligi. Neuriquam:utrumque potius complectitur. Christus omnibus hominibus natus est: Sicut per unius delictum in omnes homines condemnatio venit, sic & per unius justitiam in omnes homines justificatio vitæ, Rom. 5. v. 18. Natus quoque est generibus singulorum, Judæis & Græcis, viris & mulieribus, non enim personarum acceptor est Deus, Act, 10. v. 34. 35.

Quando igitur Satanas his cogitationibus infestat nos, Christum nihil ad nos attinere, venisse eum tantum in mundum propter electos & c. non absterreamur hâc tentatione: sed recordemur verborum, quæ Angelus Domini hîc, Christo nato publice proclamat, nosque vera side includemus iis. Quod enim omnibus sacum, ab eo nemo exclusus est, nisi qui incredulitate sua hac gratia privat se. Exul-

tate

40

nus: Natalu est Christi. Exaltate servi, Natalu est Christi. Exaltate servi, Natalu est Domini, Exaltate liberi, Natalu est Iberianiu. Quodsi igitur quis damnatur, non ideo damnatur, quod à Christo non redemtus estet : sed quia non credit in nomen unigeniti Filii Dei, Joh. 3. v. 18.

#### De Secundo.

Regulas, quartes complectitur

1. Adversitatem tolera. Joseph & Maria ad egestatis terminos redacti erant, attamen id æquo animo tolerant, & descripti, ad censum, haud inviti comparent, ut particulam suam exsolvant.

Nos exemplo corum infructi, non modo in genere crucem, quæ nobis à Deo imponitur, patienter feramus, cum Micha dicentesciram Domini portabo, c.7.v.9. fed & infpecie, ratione paupertatis ne desperemus, probe perpendentes: quod bona & mala, vita & mors, paupertas & divitiæ à Deo sint, Sir. 11.v. 14.

Pauperes magnam prærogativam præ divitibus habent.

Enim placide dormiunt: ubi exadverso vigilia divitiarum tabefacit carnes, & cogitatus illius aussers somnum, Sir. 31. v. I.

2. Tutò peregrinari & iter facere polfent, prædones non pertimescentes.

- Cantat vacuus coram latrone viator,

inquit Juvenalis.

Cum Nebucadnezar Hierofolymam post trinam obsidionem caperet, Rex Juda Sedecias cum Principibus & Purpuratis

captivus abducebatur, pauperes veto populi relinquebantur in regione, Jer. 52. v. 10. seqq. Ita sieri amat tempore belli, ibi pauperes non habent, quod magnopere pertimescant, ubi enim nihil est, Casaris & Suecorum jurisdictio cessar. Qui vero opibus instructus est, undiquaque oppugnatur. Sicut malus, sive pirus, qua malis aut piris redundat, hine inde sustibus & lapidibus imperitur: qua vero fructibus destituitur, nullo modo la ditur.

3. Quoque ex experientia discunt :

- quam parvo licer producere vitam,

Er quantum natura petat.

Ut Poeta Lucanus canit,

Socrates aliquando forum perambulans cum multa ibi venum proftare cerneret, dicebat fecum: O quam multis ego non indigeo! Hac quoque in parte egeni opulentos antecellunt, quod abundante fopellectile, aliisque rebus, quibus divites luxuriantur, non indigeant, fed quando aquam & panem, & vestimentum & domum habent, quo tegere possum, quorum nos puder, contenti sunt, Sir.29. v.28. idque magnus quastus est, r. Tim, 6.v.6.

4. Deo quoque commodius serviunt, nec tot impedimenta habent, ut divites, qui à sollicitudinibus, & divitiis, & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum, Luc. 8. v. 14.

5. Majori quoque cum animolitate mudo valedicere possiunt. Divites cor divitiis apposuerunt, Psal. 62. v. 11. & quando mors cos est avocatura, moleste ferunt, quod ex divitiis nihil secum ausserre possiunt, Psal. 49. v. 18. hocipso vero devotio

corum

ili

eorum suffocatur, ut non, prout decet, ad mortem sepræparet: Quicunque enim terrena sapir, & aurum putar robur suum, dicitque obryzo, fiduciamea, Job.31.v.24.idolorum servusest, non habens hæreditatem in Regno Christi & Dei , Eph. s. v. s. Hoc iplum vero inopi metuendum non est, sed cum Jobo dicere valet : Nudus egreffus fum de utero matris mez, Job. I. v. 21.novit enim, quod in cœlo veras divitias nunquam interituras inventurus sit: ideo multo facilius, quæ retro funt obliviscitur, ad ea vero quæ sunt priora extendit seipfum ad scopum persequens, ad bravium æternæ vocationis Dei , in Christo Jesu, Phil.3.v.14.

Quomodocunque igitur Deus agat vobiscum, boni consulite. Divitiæ si crescant, nolite cor apponere Psal. 62. v. 11. quod si pauperies vos premit, animum ne despondeatis: Elegit enim Deus pauperes in hoc mundo, divites in side, Jac.

2. V.5

n perabia receneral reprovemi ni opolem rimpellent shumana sogum k po num haber,

E ONS

a, a note

r, denot

th cordin

&quint

eftefou

CD0 0000

2. Diligenter vigila, DePastoribus Bethlehemiticis dicitur: quod nocte vigilaverint excubantes excubias, super gregem sum. His Pastoribus Dominus omnium primis nativitatem suam manifestat, ut indicet, se esse verum Pastorem, & Episcopum animarum nostraruum, 1. Petr. 2. v. ult. qui diligat omnes, qui in sunctione sua assidui sint: Mundus enim est, cujus rectum est opus, Prov. 21. v. 8.

In Papatu religiosi in cœnobiis sibi magnam sanctimoniam vendicant : sed si rem penitius inspiciamus, sæpe simplex aliquis Mechanicus, aut famulus, qui sin vocatione sua sidelis est, & Deum timet, iis palmam præripit, majorique fruitur solatio quam qui meriti opinione turgidi in cellas seabdunt, & Christum cum justitia sua dimittunt.

Anthonii Eremitæ exemplum, quomodo in sanctimonia sutori Alexandrino, ut vitam severam duxerit comparatus sit, ex Historia Ecclesiastica notum est. Quilibet proinde, quæ muneris sui sunt, fideliter peragat, nec desperet in vocatione sua: Vilissimis enim in terris, quando pii & seduli in sunctione sua sunt, Christus vel maxime adesse vult, utpote, qui elegit pauperes in hoc mundo, divites in side, Jacob. 2.v.5:


Quamvis itaque pauperrimus & abjectissimus in mundo sis, non te tamen Jesulus recens natus despiciet: sed præssidio atque tutela ejus semper gaudebis, custos enim Israclis nec dormit, neque dormitat, Psal.121.v.4. tum & virtute dexteræ pollet, ut possite adversus lupum infernalem & omnes hostes tuos desendere. Ipse siquidem ait: Oves meæ vocem meam audiunt, & cognosco eas, Joh. 10.v.27. seqq.

3. Prasepe visita. Hic Angelum Domini Pastores Bethlehem ablegare audimus, quibus & signum suppeditat, quo infantem dignoscant, nimirum, inventuros illos eum pannis involutum, & positum in præ-

fepio.

In Papatu sæpe multæ impensæ itineri impenduntur, in Palæstinam, quam curiosi adeunt, ut oppidum Christi natalitium, cum præsepi contemplentur, in quo ille tempore nativitatis requieverit.

Verum noshocitinere molesto, & periculi pleno, supersedere possumus, & nihilominus cum Pastoribus Bethlehem adire: non pedibus, sed moribus, non corpore, sed



fide, quando nempe præsepe Christi intuemur, bus occultissimos angulos inspicit, Sir.23. v.27.aures benevolas, quibus suspiria & pre-

1. Corporaliter, ut in Domini domo sedulo convenientes devote perpendamus, quam profunde se exinaniverit Filius Dei, nostri causa, quod præsepi arcto contentus suerit, quemaliàs cæli cælorum non capiunt, r. Reg. 8.v. 27.

2. Spiritualiter. Adhue hodie enim in præsepio verbi & Sacramentorum reclinat, ibi quæramus, & inveniemus eum, juxta promissum, Ioh. 14.v. 23.

Eant igitur filii hujus seculi, ad domum convivii, Eccl. 7. v. 3. aut ambulent in via meretricis, Prov. 7.8. aut in concupiscentia oculorum, carnis & superbia vitæ delectentur, 1. Ioh. 2. v. 16. Nos Bethlehem profecturi Filium osculabimur, quem Deus Pater in præsepi nobis posuit, Psal. 2. v. 12.

Osculemur suave os ejus, ex quo verba vitæ stillant, loh. 6. v. 68. lucidos oculos, qui-

v. 27. aures benevolas, quibus suspiria & preces nostras exaudit, Pfal.145.v.19. manus teneras, quibus cœlum & terram fecit, Ioh. 1.v.3. & hodietenus omnia portat, Hebr. 1. v.3.pedes sanctos, quibus in augustiis nobis fuccurrit, Ioh. 14. v.18. fternamus quoque ipfi in cordibus nostris mollom lectulum, culcura fit fpes, que non confundit, Rom.5. v. 5. tegumentum amor, qui necessitatibus Sanctorum communicat, Rom.12.v.13.Esa.58. v.7. Matth.25. v.40. pulvinar fides, quem oculi ejus potissimum respiciunt, Ier. s.v. 3. fie divertetur apud nos, & omnibus cœlestibus Thesauris beabit, semitæ enim ejus stillant pinguedinem, Pfal. 65. v. 12. quin & aliquando nos affumet fibi, ut cum omnibus Angelis & Electis, Gloria in Excelsis Deo canamus in æternum. Hoc

votum nostrum: Iesuannue votis!

Amen.

●《李泰泰泰泰泰泰泰泰泰泰泰泰泰泰泰泰泰泰泰泰泰泰泰泰泰泰

## DOMINICA POST NATIVITA-TEM CHRISTI.

Evangelium Luc. 2. v. 22. 32,

EXORDIUM.

Isum fecit mihi Deus, dixit olim Sara, cum Isaac Filius ei natus esset: Ismaël vero ludificabat filium hunc ejus recens natum, & promissionem Dei Abrahamo factam, quod in semine ejus benedicendæsint omnes Tribus terræ, Gen. 21, v. 6.9.

Isum fecit mihi Deus, dixit osim
Sara, cum Isaac Filius ei natus
esset: Ismaël vero ludisicabat ripotest:

Nativitas Isaaci typus fuit nativitatis
Christi; quæ commode cum hâc compara-

1. Ratione promissionis. Abraham & uxor ejus Sara ambo senes provectæque ætatis erant, ut naturaliter liberos progignere non possent, attamen Deus illis filium pro-

mir-